

MUSIC OF THE SARUM OFFICE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

TOME A.

Fascicule 1.

Pages [1]-[61].

Invitoria per annum.

Psalterium.

In dominica diebus.

Ad matutinas – ad laudes.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.

THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.

MMVI.

Music of the Sarum Office is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien de Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

Music of the Sarum Office is distributed over the internet through .pdf files located at: www.humanities.mcmaster.ca/~renwick/sarum-01.htm

This document first published January 1, 2006.

Revised July 1, 2006; December 1, 2007; January 1, 2007; July 1, 2008.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

Web site address: www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2006.

Psalteriū ad decantanda in choro

officiā ecclesiastica accommodatissimū: scōmbsum ac ritum ecclesie
Saxōna cū directorio psalmoy per singulas cadētiās atq; p̄ctua
tiones ad imā distinctōiā: om̄ibus p̄sbyteris vtile atq; accomodū

Si rupis erimias christo depromere laudes:
Sive recitis psalmes / cantica sacra sane.



Id uat ab ethiēcos mentē psalmōdā tractus:
Et bebit ad superas / petrosa nostra bonos.

FORTVNX

OLES XFERRE

NON XILL

VNA DOTEST

¶ Psalterium ad decantanda in choro
officia ecclesiastica accommodatissimum : secundum
usum ac ritum ecclesie Sarum una cum directorio
psalmorum per singulas cadentias atque punctuationes
ad limam distinctorum : omnibus presbyteris utile atque
accommodum.

Si cupis eximias Christo depromere laudes :
Que cecinit psaltes / cantica sancta cane.

Ducit ad ethereos mentem psalmodia tractus :
Et venit ad superas / pectora nostra domos.

· FORTUNA OPES AUFERRE ·
NON ANIMUM POTEST ·

[Brianus Robb omnibus prepositis ecclesiarum que sunt in Anglia et animarum custodibus salutem in Domino sempiternam.

Maxima illa a Deo imortali in nos collata beneficia : quibus nos sibi astrinxit, obnoxiosque reddidit, certo comprehendere numero nequeo : non michi si centum lingue, centumque ora fuerunt fratres in Domino charissimi, ex quibus deprehendere possumus quam ardentem nos vel immerentes dilexit. Quamobrem ingratissumus indignique profecto posthac tante tamque magnifici principis patrocinio : si pro tot tantisque beneficiis quibus nos locupletavit et accumulavit, et tamen quotidie ornare accumulareque non desinit : non conemur agere illi quam maximas possumus gratias. Proinde hoc saltem modo quandoquidem alio non licet studemus illi placere, et veluti gratificari : ne videamur immemores illius insignissime erga nos beneficentie, suspiciamus igitur et veneremur eum : decantemus certatim laudes : et triumphos ejus : canamus cum sanctis angelis Gloria in excelsis Deo, qui nobis januam celestis Hierusalem tot ante secula clausam obseratamque sua dumtaxat bonitate instigatus tandem aperuit, quod ut commodius fieri possit in omnibus que sunt in hoc regno Christi templis hic liber in lucem prodit : in quo divine laudes et celestes cantiones veluti coloribus et penicillo expresse sunt : prodit inquam in lucem pulcherrimis formulis excussus : quem egregius doctor Sampson et quidem in collegio regali Cantebrie a mendis quibus depravatus erat, partim veterum et optimorum codicum collatione : partim suapte sagacitate repurgavit : qui tandem impressus, et totus nitidus factus non citra immensos labores et multe pecunie consumptionem ad nos perlatus est. Quare hunc librum, vel potius thesaurum incomparabilem, letis frontibus excipite amplectiminique et exosculamini, nichil distineat vos ab hymnis divinis quandoquidem copiam librorum habere poteritis quorum precium vile est ut nulla vobis excusationis ausa relinquatur. Proinde accingite vos omnes ad laudes divinas ut Christus optimus maximus in omnibus templis hujus regni decantetur, honoretur, celebretur.]¹

[PSALTERIUM DAVIDICUM
AD USUM SARUM.]

Ante horas dicenda.

¶ *In nómine Dómini nostri Jesu Christi. Amen.*

[1r.]

¶ *Ante initium horarum dicitur semper oratio Dominica : et in fine similiter, presertim post matutinas et vespas per capitulum. Id semper plácuit. de Consecratione, distincto v. [Cap. 14.]² Identidem Ave María. Credo in Deum. Credo in Spíritum. Unde Hieron. In princípio cujúslibet óperis premítte oratióem domínica, et signum ✠ crucis in fronte : juxta id quod scriptum est. Ante oratióem prepára ánimam tuam Dómino, ne sis quasi qui tentat Deum.*

Brevis oratio et peculiaris ante horas.

¶ *P*éri Dómine os meum ad benedicéndum nomen tuum, munda quoque cor meum ab ómnibus vanis cogitatióibus ut exaudíri mérear ante conspéctum divíne majestátis tue.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat [in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. Amen].

¶ *Oratio Dominica.*³

¶ *P*ater noster qui es in celis sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuam. Fiat volúntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hodie. Et di-

mítte nobis débita nostra sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. † Et ne nos indúcas in tentatióem. Sed líbera nos a malo. Amen.

¶ *Salutatio angelica. [Luce 1 : 28.]*

¶ *A*ve María grátia plena Dóminus tecum. Benedícta tu in muliéri-bus : et benedíctus fructus ventris tui

Jesus Christus. Sancta María mater Dei ora pro nobis peccatóribus nunc et in hora mortis. Amen.

¶ *Symbolum apostolorum.*⁴

Credo in Deum Patrem omnipo-
téntem, Creatórem celi et terre.
Et in Jesum Christum Fílium ejus
únicum Dóminum nostrum. Qui
concéptus est de Spíritu Sancto natus
ex María vírgine. Passus sub Póntio
Pyláto, crucifixus mórtuus et sepúltus.
Descéndit ad inférna : tértia die resur-
réxit a mórtuis. Ascéndit ad celos :

sedet ad d́xteram Dei Patris omnipo-
téntis. Inde ventúrus est judicáre
vivos et mórtuos.

Credo in Spíritum Sanctum : sanc-
tam eccĺsiam cathólicam. Sanctó-
rum communiónem. Remissiónem
peccatórum. † Carnis resurrectiόnem.
Vitam etérnam. Amen.

[*Psalmus invitatorius. (xciv.)*]⁵

Veníte exultémus Dómino,
jubilémus Deo salutári nos-
tro : preoccupémus fáciem
ejus in confessiόne, et in psalmis
jubilémus ei.

Quóniam Deus magnus Dóminus et
rex magnus super omnes deos :
quóniam non repéllet Dóminus ple-
bem suam, quia in manu ejus sunt
omnes fines terre : et altitúdi-
nes móntium ipse cónspicit.

Quóniam ipsíus est mare et ipse
fecit illud, et áridam fundavérunt
manus ejus : veníte adorémus et
procidámus ante Deum, plorémus
coram Dómino qui fecit nos : quia
ipse est Dóminus Deus noster : nos

autem pópulus ejus et oves páscue
ejus.

Hódie si vocem ejus audiéritis,
nolíte obduráre corda vestra : sicut in
exacerbatiόne secúndem diem tentati-
ónis in desérto, ubi tentavérunt me
patres vestri : probavérunt et vidérunt
ópera mea.

Quadráginta annis próximus fui
generatióni huic et dixi, semper hi
errant corde : ipsi vero non cogno-
vérunt vias meas, quibus jurávi in ira
mea : si introíbunt in réquiem meam.

Glória Patri et Fílio : et Spíritui
Sancto. Sicut erat in princípio et
nunc et semper : et in sécula
seculórum. Amen.

Invitatoria per annum.

[1v.]



¶ *In nomine Domini nostri Jesu Christi, beatissime virginis Marie, et beati Thome martyris : totiusque triumphantis curie. Ordo psalterii secundum morem et consuetudinem ac ritum ecclesie Sarum feliciter incipit.*


¶ *Et primo. Invitatoria subscripta dicuntur dominicis diebus per annum singula singulis : nisi aliter signetur a dominica prima post octavas epyphanie et per dominicas intermedias usque ad nativitatem Domini.*


¶ *Dominica prima post octavas epyphanie usque ad sexagesimam quando de dominica agitur.*

AS:102; 1519-P:2r; 1531-P:1v.

Invitorium. VII.i.



  1117.
Re-oc-cu-pé- mus * fá-ci-em Dómi- ni.


†Et in psal- mis ju-bi- lé- mus e- i.



Ps. Ve-ní- te. 36*.

¶ *Dominica prima post octavas pasche : et per omnes dominicas usque ad ascensionem quando de dominica agitur.*

AS:248; 1519:232r; 1531-P:1v; 1531:133r.

Invit.
V.  1035.
 L- le-lú- ya. * Surré-xit Dómi-nus ve- re. †Ve-



Invitatoria per annum.




ní-te a-do-ré-mus al-le- lú- ya. *Ps. Ve-ní-te. 25**.

II *Dominica prima in libro Regum.*

AS:297; 1519-P:2v; 1519:19r; 1531-P:1v; 1531:172r.

1098. Invit.
II.  Audé- mus * Je-sum Chris- tum. †Qui- a ip- se


est re-démptor ómni- um se-cu- ló-rum.





*Ps. Ve-ní-te. 6**.

Et dicitur omnibus dominicis usque ad primam dominicam post v. kalendas septembris quando de dominica agitur.

II *Dominica prima post v. kalendas septembris.*

AS:312; 1519-P:3r; 1520:33r; 1531-P:1v; 1531:189r.⁶

sar1058. Invit.
I.  Audémus * no- men DÓ-mi-ni quó- ni- am su- á-


vis est. †In hym- nis confi-té- mi-ni il- li qui- a ipse

Invitatoria per annum.



est Dó-mi-nus De- us nos- ter. *Ps. Ve-ní-te. 3**.


Et dicitur usque ad hystoriam Machabeorum.

II *Dominica prima post v. kalendas octobris.*

AS:324; 1520:43r; 1531-P:1v; 1531:196r.⁷


Invit.

II.



1002.

D-a-pé-ri- at * Dómi-nus cor ve-strum in



le-ge su- a. †Et in pre- cép-tis su- is et




fá- ci- at pa-cem. *Ps. Ve-ní-te. 6**.

II *Dominica prima post v. kalendas novembris.*

AS:328; 1520:47v; 1531-P:1v; 1531:202r.

Invit.

II.



sar1055.

E-us * rex ce-lés-tis. †Qui se- des in thro-



no mi-se- ré-re no-bis. *Ps. Ve-ní-te. 6**.

Invitoria per annum.

¶ *In adventu per ferias usque ad vigiliam natalis Domini exclusive, nisi in feria iij. vj. et sabbato quattuor temporum.*

AS:16; 1519:19v; 1531-P:1v; 1531:8v.

1149. Invit. VI.iii.

E-gem ventú-rum * Dó-mi-num. †Ve-ní-te a-do-ré-mus. *Ps.* Ve-ní-te. 34*.

¶ *Feria secunda post octavas pasche et per omnes ferias usque ad ascensionem.*

AS:250; 1519:234v; 1531-P:1v; 1531:134v.

1022. Invit. VI.iii.

L-le-lú-ya * al-le-lú-ya. †Al-le- lú-ya.

Ps. Ve-ní-te. 34*.

Cetera invitoria totius anni ut suis locis signantur.

In dominicis diebus.

A Dómine ne in ira. usque ad quadragesimam. Ad matutinas.


Hymnus. Modo IV.

1519-P:2r; HS:15v; 1531-P:2r.⁸




D Rimo di- é-rum ómni- um, Quo mundus extat cón-di-


8373.




tus : Vel quo re-súr-gens Cón-di-tor, Nos morte victa lí-be-ret.




2. Pulsis pro-cul torpó-ri-bus, Surgá-mus omnes ó-ci- us :




Et nocte que-rá-mus pi- um, Si-cut prophé-tam nó-vimus.




3. Nostras pre-ces ut áudi- at, Su-ám-que dextram pó-rr-i-gat :



Ut expi- á-tos só-r-di-bus, Reddat po-ló-rum sé-di-bus.



4. Ut quique sacra-tís-si-mo, Hu-jus di-é-i té-m-po-re :




Ho-ris qui-é-tis psál-lim-us, Do-nis be-á-tis mú-ne-ret.




5. Jam nunc Pa-tér-na clá-ri-tas, Te postu-lá-mus áffa-tim :



Absit li-bí-do sórdi-dans, Om-nís-que actus nó-xi-us.




6. Ne fe-da sit vel lúbri-ca, Compá-go nostri cór-po-ris :




Per quam a-vér-ni í-gni-bus, Ipsi cremémur ácri-us.




7. Ob hoc Re-dém-ptor qué-sumus, Ut pro-ba nostra dí-lu-as :



Vi-te pe-rén-nis có-m-mo-da, No-bis be-ní-gne cón-fe-ras.



8. Quo carnis actu éx-u-les, Effécti ipsi cé-li-bes :




Ut presto-lámur cérnu-i, Me-los ca-námus gló-ri- e.



9. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui na-tus es de vírgi-ne :



Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, Per sempi-térna sé-cu-la.




Amen.


Et dicitur in omni hymno ejusdem metri usque ad purificationem preter in hymno Deus Créator. Post purificationem vero dicitur versus.




9. Presta Pa-ter pi- íssime, Pa-tríque compar Uni-ce :



Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Regnans per omne sé-cu-lum.



Amen.

[ *Omnibus dominicis diebus a Deus ómnium. usque ad adventum Domini quando de dominica agitur dicitur hic cantus super hunc Hymnum.*]⁹


1519-P:3r; HS:68v; 1531-P:1v; 1531:172r.¹⁰

8349.

Hymn.
VI.





Octe surgéntes * vi-gi-lémus omnes, Semper in psal-



mis me-di-témur atque Vi-ri-bus to-tis Dómi-no ca-námus,



Dúl-ci-ter hymnos. 2. Ut pi-o re-gi pá-ri-ter ca-néntes,




Cum su-is sanctis : me-re-ámur aulam Ingré-di ce-li,



simul et be-á-tam Dú-ce-re vi-tam. 3. Prestet hoc no-bis



Dé-i-tas be-á-ta, Pa-tris ac Na-ti pa-ri-térque Sancti Spí-



ri-tus cu-jus ré-bo-at in omni Gló-ri-a mundo. A- men.

[2r.]



¶ *Incipit Psalterium ad usum Sarum.*

[*In primo nocturno.*]

¶ *In omnibus dominicis diebus per adventum usque ad nativitatem Domini. In j. nocturno antiphona.*¹¹

AS:pl.B; 1519-P:3v, 5r; 1531-P:2v, 1531:3r.¹²

1. Ant.
I.v.



On aufe-ré-tur. *Ps.* Beátus vir.

203286.

[*Psalmus Quare fremuerunt. ps. Dómine quid multiplicáti. ps. Dómine in furóre. j. Et dicuntur hii psalmi predicti sub una voce nullum psalmum exaltando et sub uno Glória Patri.*

¶ *Et notandum est quod quandocunque plures habeantur sub uno Glória Patri. ad nocturnum ut ad horas : nullus eorum debet exaltari antequam perveniat ad illud Glória Patri. quod per totum annum observetur.*¹³

¶ In omnibus dominicis ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini quando de dominica agitur. In j. nocturno antiphona.

AS:102, pl.B; 1519-P:4r, 5r; 1531-P:2v; 1531:43v.¹⁴

4875. 1. Ant.
III. iv.






Erví-te. Ps. Beátus vir.

¶ In omnibus dominicis a dominica Trinitatis usque ad adventum Domini quando de dominica agitur. In j. nocturno antiphona.

AS:297, pl.B; 1519-P:4r, 5r; 1531-P:2v.¹⁵

4383. 1. Ant.
I.v.

Ro fi-dé- i. Ps. Beátus vir.

Psalmus j.



Eátus vir qui non ábiit in consílio impiórum : * et in via peccatórum non stetit, et in cáthedra pestiléntie non sedit.

Sed in lege Dómini volúntas ejus : * et in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantátum est secus decúrsus aquárum : * quod fructum suum dabit in

témpore suo.

Et fólium ejus non défluet : * et ómnia quecúnque fáciat prosperabúntur.

Non sic ímpii non sic : * sed tanquam pulvis quem prójicit ventus a fácie terre.

Ideo non resúrgunt ímpii in júdicio : * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum : * et iter impiórum períbit.

Psalmus ij.

¶ Uare fremuérunt gentes : * et pópuli meditáti sunt inánia ?
Astiterunt reges terre et príncipes

convenérunt in unum : * advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum : * et

projiámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in celis irridébit eos : *
et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua : *
et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo
super Syon montem sanctum ejus : *
prédicans precéptum ejus.

Dóminus dixit ad me Fílius meus es
tu : * ego hódie génuí te.

Póstula a me et dabo tibi gentes
hereditátem tuam : * et possessiónem

tuam términos terre.

Reges eos in virga férrea : * et tan-
quam vas figuli confrínges eos.

Et nunc reges intelligite : * eru-
dímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre : * et ex-
ultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam nequán-
do irascátur Dóminus : * et pereátis
de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus : *
beáti omnes qui confidunt in eo.

Psalmus iij.

Domine quid multiplicáti sunt
qui tríbulant me : * multi in-
súrgunt advérsus me.

Multi dicunt ánime mee : * Non est
salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine suscéptor meus
es : * glória mea et exáltans caput
meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi : *
et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi et soporátus sum et

exurréxi : * quia Dóminus suscepit
me.

Non timébo mília pópuli circun-
dántis me : * exúrge Dómine salvum
me fac Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes ad-
versántes michi sine causa : * dentes
peccatórum contrivísti.

Dómini est salus : * et super pópulo-
rum tuum benedíctio tua.

¶ *Non dicitur ad nocturnos iste psalmus iiij.*

Cum invocárem exaudivit me De-
us justítie mee : * in tribulatióne
dilatásti michi.

Miserére mei : * et exáudi orati-
ónem meam.

[2v.] Fílii hóminum úsquequo gravi cor-
de : * ut quid dilígitis vanitátem, et

quéritis mendácium ?

Et scitóte quóniam mirificávit
Dóminus sanctum suum : * Dóminus
exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascímini et nolíte peccáre, que
dícitis in córdibus vestris : * et in
cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrificium justítie et speráte in Dómino : * multi dicunt Quis osténdit nobis bona ?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine : * dedísti letítiam in corde meo.

A fructu fruménti vini et ólei sui : * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum : * dórmiam et requiéscam.

Quóniam tu Dómine singularíter in spe : * constituísti me.

¶ *Non dicitur ad nocturnos iste psalmus v.*

Verba mea aúribus pécipe Dómine : * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis mee : * Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo Dómine : * mane exáudies vocem meam.

Mane astábo tibi et vidébo : * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus : * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem : * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinem et dolósum abominábitur Dóminus : * ego autem in multítudine misericórdie tue.

Introíbo in domum tuam : * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justítia tua propter inimícos meos : * dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eórum linguis suis dolóse agébant : * júdica illos Deus.

Décidant a cogitatióibus suis, secúndum multítudinem impietátum eórum expélle eos : * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et leténtur omnes qui sperant in te : * in etérnum exultábunt et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum : * quóniam tu benedíces justo.

Dómine ut scuto : * bone voluntátis tue coronásti nos.

Psalmus vj.

Domine ne in furóre tuo árguas me : * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine quóniam infirmus sum : * sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde : *
sed tu Dómine úsquequo ?

Convértere Dómine et éripe áni-
mam meam : * salvum me fac propter
misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui
memor sit tui : * in inférno autem
quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per
singulas noctes lectum meum : *
lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus : *
inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operá-

mini iniquitátem : * quóniam exau-
dívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecationem
meam : * Dóminus oratióem meam
suscépit.

Erubéscant et conturbéntur vehe-
ménter omnes inimíci mei : * con-
vertántur et erubéscant valde ve-
lóciter.

Glória Patri et Fílio : * et Spirítui
Sancto.


[Sicut erat in princípio et nunc et
semper : * et in sécula seculórum.
Amen.]

[Per adventum.]

Ant.




On aufe-ré-tur sceptrum de Ju-da, et dux de



femó-re e-jus, do-nec vé-ni- at qui mit-téndus est.

[Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.]


Ant.



Erví-te Dómi-no in ti-mó-re.

[A dominica Trinitatis usque ad adventum Domini.]

Ant.



Ro fi-dé- i mé-ri- tis vo-ci-tá-tur ju-re be-á- tus :




le-gem qui Dómi-ni me-di-tá- tur nocte di- éque.

Per adventum.

AS:pl.C; 1519-P:7r, 10v; 1531-P:3v; 1531:3r.

201602.

2. Ant.
II.i.




- rit ipse. *Ps.* Dómine Deus meus.

Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.

AS:102, pl.C; 1519-P:7r, 10v; 1531-P:3v; 1531:43v.

2333.

2. Ant.
I.iii.




Omi-ne. *Ps.* Ipsum.

Per estatem.

AS:298, pl.C; 1519-P:7r, 10v; 1531-P:3v.

3530.

2. Ant.
II.i.



Uste De-us. *Ps.* Dómine Deus meus.

Psalmus vij.



Omine † Deus meus in te
sperávi salvum me fac : * ex
ómnibus persecúntibus me

et líbera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam
meam : * dum non est qui rédimat,

neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus meus si feci istud : *
si est iníquitas in mánibus meis.

[3r.] Si réddidi retribuéntibus michi mala : *
décidam mérito ab inimícis meis
inánis.

Persequátur inimícus ánimam me-
am : * et comprehéndat et concúlcet
in terra vitam meam, et glóriam
meam in púlverem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua : * et ex-
altáre in finibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus, in
precépto quod mandásti : * et
synagóga populórum circúndabit te.

Et propter hanc in altum regrédere : *
Dóminus júdicat pópulos.

Júdicá me Dómine secúndum jus-
títiam meam : * et secúndum inno-
céntiam meam super me.

Consumétur nequícia peccatórum

et díriges justum : * scrutans corda et
renes Deus.

Justum adjutórium meum a Dómi-
no : * qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex justus fortis et pátiens : *
numquid iráscitur per síngulos dies ?

Nisi convérsi fuéritis gládium suum
vibrábit : * arcum suum teténdit et
parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis : *
sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce párturit iníustíciam : * concé-
pit dolórem et péperit iníquitátem.

Lacum apéruit et effódit eum : * et
incídit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus : *
et in vérticem ipsíus iníquitas ejus
descéndet.

Confitébor Dómino secúndum jus-
títiam ejus : * et psallam nómini Dó-
mini altíssimi.

Psalmus viij.

Domine Dóminus noster : *
quam admirábile est nomen tu-
um in univérsa terra.

Quóniam eleváta est magnificéntia
tua : * super celos.

Ex ore infántium et lacténtium per-
fecísti laudem propter inimícos tuos : *
ut déstruas inimicum et ultórem.

Quóniam vidébo celos tuos ópera
digitórum tuórum : * lunam et stellas
que tu fundásti.

Quid est homo quod memor es ejus : *
aut filius hóminis quóniam vísitás
eum ?

Minuísti eum paulomínus ab ánge-
lis, glória et honóre coronásti eum : *
et constituísti eum super ópera
mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus,
oves et boves univérsas : * ínsuper et
pécora campi.

Vólucres celi et pisces maris : * qui

perámbulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster : * quam

admirábile est nomen tuum in
univérſa terra.

Psalmus ix.

Confitébor tibi Dómino in toto
corde meo : * narrábo ómnia
mirabília tua.

Letábor et exultábo in te : * psallam
nómini tuo Altíssimi.

In converténdo inimicum meum
retrórsum : * infirmabúntur et perí-
bunt a fácie tua.

Quóniam fecísti iudícium meum et
causam meam : * sedes super thro-
num qui júdicas justíciam.

Incepásti gentes et périit ímpius : *
nomen eórum delésti in etérnum et in
séculum séculi.

Inimíci defecerunt frámee in finem : *
et civitátes eórum destruxísti.

Périit memória eórum cum sónitu : *
et Dóminus in etérnum pérmanet.

Parávit in iudício thronum suum : *
et ipse iudicábit orbem terre in equi-
táte, iudicábit pópulos in justícia.

Et factus est Dóminus refúgium
páuperi : * adjútor in opportunitáti-
bus in tribulatióne.

Et sperent in te qui novérunt no-
men tuum : * quóniam non dereli-
quísti queréntes te Dómine.

Psállite Dómino qui hábitat in Syon : *
annunciáte inter gentes stúdia ejus.

Quóniam requírens sánguinem eó-

rum recordátus est : * non est oblítus
clamórem páuperum.

Miserére michi Dómine : * vide hu-
militátem meam de inimícis meis.

Qui exáltas me de portis mortis : *
ut annúnciem omnes laudatiónes tuas,
in portis filie Syon.

Exultábo in salutári tuo : * infixi
sunt gentes in intéritu quem fecérunt.

In láqueo isto quem abscondérunt : *
comprehénsus est pes eórum.

Cognoscétur Dóminus iudícia fáci-
ens : * in opéribus mánuum suárum
comprehénsus est peccátor.

Convertántur peccatóres in infér-
num : * omnes gentes que obliviscún-
tur Deum.

Quóniam non in finem obliuio erit
páuperis : * paciéntia páuperum non
períbit in finem.

Exúrge Dómine non confortétur [3v.]
homo : * iudicéntur gentes in con-
spéctu tuo.

Constítue Dómine legislatórem su-
per eos : * ut sciant gentes quóniam
hómnes sunt.

Ut quid Dómine recessísti longe : *
déspicis in opportunitátibus in tribu-
latiÓne ?

Dum supérbit ímpius incénditur

pauper : * comprehenduntur in conciliis quibus cogitant.

Quoniam laudatur peccator in desideriiis anime sue : * et iniquus benedicitur.

Exacerbavit Dominum peccator : * secundum multitudinem ire sue non queret.

Non est Deus in conspectu ejus : * inquinatae sunt viae illius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua a facie ejus : * omnium inimicorum suorum dominabitur.

Dixit enim in corde suo : * Non movebor a generatione in generationem sine malo.

Cujus maledictione os plenum est et amaritudine et dolo : * sub lingua ejus labor et dolor.

Sedet in insidiis cum divitibus in occultis : * ut interficiat innocentem.

Oculi ejus in pauperem respiciunt : * insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur ut rapiat pauperem : * rapere pauperem dum attrahit eum.

In laqueo suo humiliabit eum : *

inclinabit se et cadet, cum dominatus fuerit pauperum.

Dixit enim in corde suo Oblitus est Deus : * avertit faciem suam ne videat in finem.

Exurge Domine Deus et exaltetur manus tua : * ne obliviscaris pauperum.

Propter quid irritavit impius Deum : * dixit enim in corde suo Non requireret.

Vides quoniam tu laborem et dolorem consideras : * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper : * orphanus tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris et maligni : * queretur peccatum illius et non inveniatur.

Dominus regnabit in eternum et in seculum seculi : * peribitis gentes de terra illius.

Desiderium pauperum exaudivit Dominus : * preparationem cordis eorum audivit auris tua.

Judicare pupillo et humili : * ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

Psalmus x.

IN Domino confido, quomodo dicitis anime mee : * Transmigra in montem sicut passer ?

Quoniam ecce peccatores in-

tenderunt arcum paraverunt sagittas suas in pharetra : * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam que perfecisti destruerunt : *

justus autem quid fecit ?

Dóminus in templo sancto suo : *
Dóminus in celo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respíciunt : *
pálpebre ejus intérogant filios hómi-
num.

Dóminus intérogat justum et ím-
pium : * qui autem díligit iniquitá-
tem, odit ánimam suam.


Pluet super peccatóres láqueos : *
ignis sulphur et spíritus procellárum,
pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus et jus-
ticias dílexit : * equitátem vidit vultus
ejus.

Glória Patri [et Fílio : * et Spíritui
Sancto].¹⁶

[Per adventum.]

Ant.



- rit ipse expectá-ci- o génti- um : la- vá- bitque



vi- no sto- lam su- am : et sán- gui- ne u- ve pál- li- um su- um.

[Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.]

Ant.




Omi- ne De- us me- us in te spe- rá- vi.

[Per estatem.]

Ant.



Uste De- us ju- dex fortis pa- ti- énsque be- nígnus :




in te spe- rántes mu- ni mi- se- rándo fi- dé- les.

Per adventum.

AS:pl.D; 1519-P:10r, 12r; 1531-P:4r; 1531:3r.¹⁷

3. Ant.
III.v.




204009.

Ulchri-ó-res. *Ps.* Salvum me fac.

Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.

AS:102, pl.D; 1519-P:10r, 12r; 1531-P:4r; 1531:43v.

3. Ant.
VIII.i.



sar0133.

E-spi-ce. *Ps.* Salvum me fac.

Per estatem.

AS:298, pl.D; 1519-P:10r, 12v; 1531-P:4r.

3. Ant.
III.ii.



5072.

Urge. *Ps.* Salvum me fac.

Psalmus xj.

Salvum me fac Dómine quóniam defécit sanctus : * quóniam diminúte sunt veritátes a filiis hóminum.

Vana locúti sunt unusquisque ad próximum suum : * lábia dolósa in corde et corde locúti sunt.

Dispédat Dóminus univérsa lábia dolósa : * et língnam magníloquam.

Qui dixerunt Língnam nostram magnificábimus : * lábia nostra a nobis sunt, quis noster Dóminus est ?

Propter misériam ínopum et gémi-

tum páuperum : * nunc exúrgam dicit Dóminus.

Ponam in salutári : * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini elóquia casta, argéntum igne examinátum : * probátum terre purgátum séptuplum.

Tu Dómine servábis nos et custódies nos : * a generatióne hac in etérnum.

In circúitu ímpii ámbulant : * secúndum altitúdinem tuam multiplicásti filios hóminum.

Psalmus xij.

Usquequo Dómine obliviscéris
me in finem : * úsquequo avér-
tis fáciem tuam a me ?

[4r.] Quándiu ponam consília in ánima
mea : * dolórem in corde meo per
diem ?

Usquequo exaltábitur inimícus me-
us super me : * réspice et exáudi me
Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos ne unquam

obdórmiam in morte : * nequándo
dicat inimícus meus Preválui advérsus
eum.

Qui tríbulant me exultábunt si mo-
tus fúero : * ego autem in misericór-
dia tua sperávi.

Exultábit cor meum in salutári tuo,
cantábo Dómino qui bona tríbuit
michi : * et psallam nómini Dómini
altíssimi.

Psalmus xiiij.

Dixit insípiens in corde suo : *
Non est Deus.

Corrúpti sunt et abominábiles facti
sunt in stúdiis suis : * non est qui
fáciat bonum, non est usque ad
unum.

Dóminus de celo prospéxit super
filios hóminum : * ut vídeat si est
intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt simul inútiles
facti sunt : * non est qui fáciat bo-
num, non est usque ad unum.

Sepúlchrum patens est guttur eó-
rum linguis suis dolóse agébant : *
venénum áspidum sub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne et amari-
túidine plenum est : * velóces pedes
eórum ad effundéndum ságuinem.

Contrítio et infelícitas in viis eó-
rum, et viam pacis non cognovérunt : *
non est timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóscant omnes qui ope-
rántur iniquitátem : * qui dévorant
plebam meam sicut escam panis ?

Deum non invocavérunt : * illic tre-
pidavérunt timóre, ubi non erat
timor.

Quóniam Dóminus in generatióne
justa est : * consílium ínopis confu-
distis, quóniam Dóminus spes ejus
est.

Quis dabit ex Syon salutáre Israel : *
cum avérterit Dóminus captivitátem
plebis sue, exultábit Jacob et letábitur
Israel.

Psalmus xiiij.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo : * aut quis requiescat in monte sancto tuo ?

Qui ingreditur sine macula : * et operatur justitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo : * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum : * et opprobrium non accipit adversus proximos suos.

Ad nichilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo et non decipit : * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accipit.

Qui facit hec : * non movebitur in eternum.


Glória Patri.

[Per adventum.]

Ant.



Ulchri- ó-res sunt ó-cu-li e-jus vi-no : et dentes



e-jus lacte can-di-di- ó-res.

℣. Ex Syon species decóris ejus.

℟. Deus noster manifeste véniet.

[Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.]

Ant.



E- spi-ce et ex-áudi me Dómi-ne De- us me- us.

℣. Memor fui nocte nóminis tui Dómine.

℟. Et custodívi legem tuam.

[Per estatem.]

Ant.



Urge et in e-térnum ser-va mu-ní-mi-ne sacro,



cus-tó-dique tu-os astrí-po-tens fámu- los.

℣. Memor fui nocte nóminis tui Dómine.

℞. Et custodívi legem tuam.

[In secundo nocturno.]

II Dominicis diebus per adventum usque ad nativitatem Domini. In ij. nocturno.¹⁸

AS:pl.D; 1519-P:12v, 13r; 1531-P:4v; 1531:4r.

1737. 4. Ant.
IV.i.



Ethle- em. Ps. Consérva me.

II Diebus dominicis ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini. In ij. nocturno.

AS:103, pl.D; 1519-P:12v, 13r; 1531-P:4v; 1531:44r.¹⁹

1742. 4. Ant.
III.iv.




O- nó-rum. Ps. Consérva me.

¶ *Dominicis diebus ab octavis Trinitatis usque ad adventum Domini. In ij. nocturno.*

AS:299, pl.D; 1519-P:12v, 13v; 1531-P:4v.

4. Ant.
IV.i.



A- tú-re. *Ps.* Consérva me.

3855.

Psalmus xv.

Consérva me Dómine quóniam
sperávi in te, dixi Dómino Deus
meus es tu : * quóniam bonórum me-
órum non egēs.

Sanctis qui sunt in terra ejus : *
mirificávit omnes voluntátes meas in
eis.

Multiplicáte sunt infirmitátes eó-
rum : * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eó-
rum de sanguínibus : * nec memor
ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hereditátis mee et
cálcis mei : * tu es qui restítues he-
reditátem meam michi.

Funes cecidérunt michi in precláris : *
étenim heréditas mea preclára est
michi.

Benedícam Dóminum qui tríbuit

michi intelléctum : * însuper et usque
ad noctem, increpuérunt me renes
mei.

Providébam Dóminum in conspé-
ctu meo semper : * quóniam a dextris
est michi ne commóvear.

Propter hoc letátum est cor meum
et exultávit lingua mea : * însuper et
caro mea requiészet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam
meam in inférno : * nec dabis sanc-
tum tuum vidére corruptiónem.

[4v.]

Notas michi fecísti vias vite : *
adimplébis me letícia cum vultu tuo,
delectatiónes in délixtera tua usque in
finem.


Glória Patri [et Fílio : * et Spirítui
Sancto].²⁰

[Per adventum.]

Ant.




Ethle- em non est mí-nima in princí-pi-bus




Ju- da, ex te e-nim é- xi- et dux qui re-gat pópu-lum
me- um Isra- el: ipse e-nim salvum fá-ci- et pópu-lum
su- um a peccá-tis e- ó-rum.

[Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.]

Ant.




O- nó-rum me-ó-rum non índi-ges : in te spe-rá-




vi consérva me Dómi-ne.

[Per estatem.]

Ant.



A- tú-re gé-ni-tor consér-va morte re-démptos,



facque tu- o di-gnos ser-ví-ti- o fá-mu-los.

Per adventum.

AS:pl.E; 1519-P:13v, 14v; 1531-P:4v; 1531:4r.²¹

5. Ant.

V.i.



C- ce vir- go. *Ps.* Exáudi Dómine.

2557.

Post octavis epyphanie usque ad passionem Domini.

AS:103, pl.E; 1519-P:13v, 14v; 1531-P:4v; 1531:44r.

5. Ant.

VII.ii.



N- clí-na Dómi-ne. *Ps.* Exáudi Dómine.

3317.

Per estatem.

AS:300, pl.E; 1519-P:13v, 14v; 1531-P:4v.²²

5. Ant.

V.i.



Ec-to-ra nostra. *Ps.* Exáudi Dómine.

4259.

Psalmus xvj.

EXáudi Dómine justítiam meam : *
inténde deprecationem meam.

Auribus pércipe orationem meam : *
non in lábiis dolósis.

De vultu tuo júdicium meum
pródeat : * óculi tui vídeant equitátes.

Probásti cor meum et visitásti nocte : *
igne me examinásti, et non est invén-
ta in me iníquitas.

Ut non loquátur os meum ópera
hóminum : * propter verba labiórum
tuórum ego custodívi vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis : *
ut non moveántur vestígia mea.

Ego clamávi quóniam exaudísti me
Deus : * inclína aurem tuam michi, et
exáudi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas : * qui
salvos facis sperántes in te.

A resisténtibus dextere tue custódi
me : * ut pupíllam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege
me : * a fácie impiórum qui me af-
flicérunt.

Inimíci mei ánimam meam circundedérunt ádípem suum concluserunt : * os eórum locútum est supérbiam.

Projiéntes me nunc circundedérunt me : * óculos suos statuérunt declináre in terram.

Susceperunt me sicut leo parátus ad predam : * et sicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exúrge Dómine préveni eum et supplánta eum : * éripe ánimam me-

am ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manus tue.

Dómine a paucis de terra dívide eos in vita eórum : * de absconditis tuis adimplétus est venter eórum.

Saturáti sunt filiis : * et dimiserunt reliquias suas párvulis suis.

Ego autem in justícia apparebo in conspéctu tuo : * satiábor cum aparúerit glória tua.

Glória Patri [et Fílio : * et Spirítui Sancto].²³

[Per adventum.]

Ant.



C- ce vir- go concí- pi- et et pá- ri- et fí- li- um :




et vo- cá- bi- tur nomen e- jus Emá- nu- el.

[Post octavis epyphanie usque ad passionem Domini.]

Ant.



N- clí- na Dómi- ne aurem tu- am michi : et ex- áu-




di verba me- a.

[Per estatem.]

Ant.



DEc-to-ra nostra ti-bi tu cóndi-tor or-bis a-dú-re,



igne pi- o purgans atque cre-mándo pro-bans.

Per adventum.

AS:pl.F; 1519-P:14v, 17r; 1531-P:5r; 1531:4r.²⁴

6. Ant.
VI.



4194.

- ri- é- tur. *Ps.* Díligam te Dómine.

Post octavas epyphanie usque ad passionem Domini.

AS:104, pl.F; 1519-P:14, 17v; 1531-P:5r; 1531:44r.

6. Ant.
VIII.i.



2407.

Omi-nus. *Ps.* Díligam te.

Per estatem.

AS:300, pl.F; 1519-P:15r, 17v; 1531-P:5r.²⁵

6. Ant.
VI.



5215.

U pó- pu-lum. *Ps.* Díligam te.

Psalmus xvij.

Diligam te Dómine fortitúdo mea : *
Dóminus firmaméntum meum

et refúgium meum et liberátor meus.
Deus meus adjútor meus : * et spe-

rábo in eum.

Protéctor meus et cornu salútis mee : *
et suscéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum : * et
ab inimícis meis salvus ero.

Circundedérunt me dolóres mortis : *
et torréntes iniquitátis conturbavérunt
me.

Dolóres inférni circundedérunt me : *
preoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dómi-
num : * et ad Deum meum clamávi.

Et exaudivit de templo sancto suo
vocem meam : * et clamor meus in
conspéctu ejus, introívit in aures ejus.

Commóta est et contrémuit terra : *
fundaménta móntium conturbáta
sunt et commóta sunt, quóniam irá-
tus est eis.

Ascéndit fumus in ira ejus, et ignis
a fácie ejus exársit : * carbónes suc-
cénsi sunt ab eo.

Inclinávit celos et descéndit : * et
calígo sub pédibus ejus.

Et ascéndit super chérubin et
volávit : * volávit super pennas ven-
tórum.

Et pósuit ténébras latíbulum suum
in circúitu ejus : * tabernáculum ejus
tenebrósa aqua in núbibus áeris.

Pre fulgóre in conspéctu ejus nubes
transiérunt : * grando et carbónes
ignis.

Et intónuit de celo Dóminus, et

Altíssimus dedit vocem suam : *
grando et carbónes ignis.

Et misit sagíttas suas et dissipávit
eos : * fúlgura multiplicávit et contur-
bávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum : * [5r.]
et reveláta sunt fundaménta orbis ter-
rárum.

Ab increpatióne tua Dómine : * ab
inspiratióne spíritus ire tue.

Misit de summo et accépit me : * et
assúmpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimícis meis fortíssi-
mis, et ab his qui odérunt me : *
quóniam confortáti sunt super me.

Prevenérunt me in die afflictiónis
mee : * et factus est Dóminus protéc-
tor meus.

Et edúxit me in latitúdinem : * sal-
vum me fecit quóniam vóluit me.

Et retríbuet michi Dóminus secún-
dum justíciam meam : * et secúndum
puritátem mánuum meárum retríbuet
michi.

Quia custodívi vias Dómini : * nec
ímpie gessi a Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in con-
spéctu meo : * et justícias ejus non
répuli a me.

Et ero immaculátus cum eo : * et
observábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet michi Dóminus secún-
dum justíciam meam : * et secúndum
puritátem mánuum meárum in con-

spéctu oculórum ejus.

Cum sancto sanctus eris : * et cum viro innocénte innocens eris.

Et cum elécto eléctus eris : * et cum perverso pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmitem salvum fácies : * et óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam : * Dómine Deus meus illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar a tentatióne : * et in Deo meo transgrédíar murum.

Deus meus impollúta via ejus, elóquia Dómini igne examináta : * protéctor est ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus preter Dóminum : * aut quis Deus preter Deum nostrum ?

Deus qui precínxit me virtúte : * et pósuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tanquam cervórum : * et super excélsa státuens me.

Qui docet manus meas ad prélium : * et posuísti ut arcum éreum bráchia mea.

Et dedísti michi protectionem salútis tue : * et délixera tua suscepit me.

Et disciplína tua corréxit me in finem : * et disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me : *

et non sunt infirmáta vestígia mea.

Pérsequar inimícos meos et comprehéndam illos : * et non convértar donec deficiant.

Confríngam illos nec póterunt stare : * cadent subtus pedes meos.

Et precinxísti me virtúte ad bellum : * et supplantásti insurgétes in me subtus me.

Et inimícos meos dedísti michi dorsum : * et odiétes me disperdidísti.

Clamavérunt nec erat qui salvos fáceret ad Dóminum : * nec exaudivit eos.

Et commínuam eos ut púlverem ante fáciem venti : * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradiccionibus pópuli : * constitúes me in caput géntium.

Pópulus quem non cognóvi servívit michi : * in audítu auris obedívit michi.

Fílii aliéni mentíti sunt michi : * filii aliéni inveteráti sunt, et claudicavérunt a sémitis suis.

Vivit Dóminus et benedíctus Deus meus : * et exaltétur Deus salútis mee.

Deus qui das vindíctas michi : * et subdis pópulos sub me liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me : * a viro iníquo erípies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus Domine : * et nomini tuo psallam dicam.

Magnificans salutes regis ejus, et

faciens misericordiam christo suo David : * et semini ejus usque in seculum.


Glória Patri.

[Per adventum.]


Ant.



- ri-é- tur in di-é-bus e-jus justí-ci-a et a-bun-



dánci-a pa- cis : et a-do-rá-bunt e-um omnes re- ges :



omnes gen-tes sérví- ent e- i.

℣. Egrediétur virga de radice Jesse.


℞. Et flos de radice ejus ascéndet.

[Post octavas epyphanie usque ad passionem Domine.]

Ant.



Omi-nus firmaméntum me-um et re-fú- gi- um




me- um.

℣. Média nocte surgébam ad confiténdum tibi.


℞. Super judícia justificatiónis tue.

[Per estatem.]

Ant.



U pó- pu- lum húmi- lem sal- vás- ti ab hos- te



Re- démp- tor at- que su- pér- ba tu- o col- la pre- mis já- cu- lo.

Ÿ. Média nocte. *ut supra.* [36].

[In tertio nocturno.]

¶ *Dominicis diebus per adventum usque ad nativitatem Domini. In iij. nocturno.*

AS:pl.F; 1519-P:17v, 18v; 1531-P:5v; 1531:4v.

7. Ant.

VII.i.



Ox pre- céssit. *Ps.* Celi enárrant.

3967.

¶ *Dominicis diebus ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini, quando de dominica agitur. In iij. nocturno.*

AD:105, pl.F; 1519-P:17v, 18v; 1531-P:5v; 1531:44v.

7. Ant.

IV.i.



Re- céptum. *Ps.* Celi enárrant.


sar0097.

¶ *Dominicis diebus per estatem quando de dominica agitur usque ad adventum. In iij. nocturno.*

AS:301, pl.G; 1519-P:17v, 18v; 1531-P:5v.

5011.

7. Ant.
VII.i.



Ponsus ut e thá- lamo. *Ps.* Celi enárrant.

Psalmus xviii.

CEli enárrant glóriam Dei : * et
Ópera mánuum ejus annúnciat
firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum : * et nox
nocti índicat sciéntiam.

[5v.] Non sunt loquéle neque sermónes : *
quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus
eórum : * et in fines orbis terre verba
eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : *
et ipse tanquam sponsus procedens de
thálamo suo.

Exultávit ut gygas ad curréndam
viam : * a summo celo egréssio ejus.

Et occúrsus ejus usque ad summum
ejus : * nec est qui se abscondat, a
calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta convértens
ánimas : * testimónium Dómini fidé-
le, sapiéntiam prestans párvulis.

Justície Dómini recte letificántes

corda : * precéptum Dómini lúcidum
illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus pérmanet in
séculum séculi : * júdicia Dómini vera
justificáta in semetípisa.

Desiderabília super aurum et lápi-
dem pretiósium multum : * et dulcióra
super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea : *
in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélliget ? ab occúltis
meis munda me : * et ab aliénis parce
servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc
immaculátus ero : * et emundábor a
delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia
oris mei : * et meditátio cordis mei,
in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus : * et
redémptor meus.

Glória Patri et Fílio.


[Per adventum.]

Ant.



Ox pre-céssit di- es autem appro-pinquá-bit : abji-

In dominicis diebus ad matutinas.



ci- ámus ergo ópe-ra te-nebrá-rum et indu- ámur arma
arma lu-cis.


[Post octavis epyphanie usque ad passionem Domini.]


Ant. 



Re- céptum Dómi-ni lú-ci-dum il-lú-mi-nans ó-cu-los.

[Per estatem.]

Ant. 



Ponsus ut e thá-lamo pro-cés- sit Chris-tus in
or-bem, descéndens ce-lo ju-re sa-lu-tí-fe-ro.

Per adventum.

AS:pl.G; 1519-P:18v, 19r; 1531-P:5v; 1531:4v.²⁶

8. Ant.
VIII.i. 



O-ra est. *Ps.* Exáudiat te.


3134.

Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.

AS:105; 1519-P:18v, 19r; 1531-P:5v; 1531:44v.

sar0057.

8. Ant.
IV.viii.



Mple- at. *Ps.* Exáudiat te.

Per estatem.

AS:301; 1519-P:18v, 19v; 1531-P:5v.²⁷

1537.

8. Ant.
VIII.i.



Uxí- li- um. *Ps.* Exáudiat te.

Psalmus xix.

EXáudiat te Dóminus in die tribulónis : * próteget te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxiliúm de sancto : * et de Syon tueátur te.

Memor sit omnis sacrificii tui : * et holocáustum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum : * et omne consílium tuum confirmet.

Letábimur in salutári tuo : * et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : * nunc cognóvi quóniam salvum

fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de celo sancto suo : * in potentátibus salus dextere ejus.

Hi in cúrribus et hi in equis : * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt et cecidérunt : * nos autem surréximus et erécti sumus.

Dómine salvum fac regem : * et exáudi nos in die qua invocavérimus te.

Glória Patri.


[Per adventum.]

Ant.




O-ra est jam nos de somno súrge-re, et a-pér-ti

In dominicis diebus ad matutinas.





sunt ó-cu-li nostri súrge-re ad Christum : qui- a lux ve-ra



est fulgens in ce-lo.

[Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.]

Ant. 



M- ple- at Dómi-nus omnes pe-ti-ti- ó-nes tu- as.

[Per estatem.]

Ant. 




U-xí- li- um no-bis Salvá- tor mit-te sa-lú-tis :




et trí-bu- as vi- tam témpo- re per-pé-tu- am.

Per adventum.

AS:pl.G; 1519-P:19r, 20r; 1531-P:6r; 1531:4v.²⁸

9. Ant.
IV.i. 





Audé-te. Ps. Dómine in virtúte.

2932.



Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.

AS:105, pl.G; 1519-P:19v, 20r; 1531-P:6r; 1531:44v.

2349. 9. Ant. VIII.i. 
 Omi-ne. *Ps.* Ipsum.

Per estatem.

AS:301, pl.G; 1519-P:19v, 20v; 1531-P:6r.

4652. 9. Ant. IV.i. 
 Ex si-ne. *Ps.* Dómine in virtúte.

Psalmus xx.

Domine ꝛ in virtúte tua letábitur rex : * et super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei : * et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prevenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : * posuísti in cápite ejus, corónam de lápide pretióso.

Vitam pétiit a te, et tribuísti ei : * longitúdinem diérum in séculum et in séculum séculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo : * glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in séculum séculi : * letificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino : * et in misericórdia Altíssimi non com-movébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis : * dextera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in tēmpore vultus tui : * Dóminus in ira sua conturbábit eos, et devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes : * et semen eórum a filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala : * cogitavérunt consília, que non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum : * in reliquiis tuis preparábis vultum eórum.


Exaltáre Dómine in virtúte tua : *

[6r.]


cantábitus et psallémus virtútes tuas. | Sancto].²⁹
Glória Patri [et Fílio : * et Spirítui

[Per adventum.]

Ant.




Audé-te in Dómi-no semper : modésti- a vestra



no-ta sit ómni-bus Dómi-nus prope est : nichil sol-lí-ci-ti



si-tis : sed in omni o-ra-ti- óne pe-ti-ti- ónes vestre in-



no-téscant a-pud De-um.

℣. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.

℟. Véniet ut salvet pópulum suum a peccátis eórum.

[Ab octavis epyphanie usque ad passionem Domini.]

Ant.



O- mi-ne in virtú-te tu- a le-tá- bi-tur rex.

℣. Exaltáre Dómine in virtúte tua.


℟. Cantábitus et psallémus virtútes tuas.

[Per estatem.]

Ant.



Ex si-ne fi-ne ma-nens mí-se-ris tu par-ce ru-í-nis :



pré-mi- a concé-dens et tu- a cuncta re-gens.

Ÿ. Exaltáre Dómine. *ut supra.* [43].

[Finito ix. R̄. sacerdos.]³⁰

■ *Canticum Ambrosii et Augustini in baptismo ejusdem Augustini editum.*

1519-P:20v; 1531-P:6r.³¹

9010.


Cant.
IV.



E De-um laudá- mus : * te Dómi-num confi-té-mur.




Te e-térnum Patrem : omnis terra ve-ne-rá- tur. Ti-bi om-



nes ánge- li : ti-bi ce-li et u-ni-vérse po-testá- tes. Ti-bi




ché-ru-bin et sé-raphin : incessá-bi-li vo-ce proclá-mant.




Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dómi-nus De-us Sá-ba- oth.



Ple-ni sunt ce-li et terra : ma-jestá-tis gló-ri- e tu- e. Te




gló-ri- ó-sus a-posto-ló-rum cho- rus. Te prophe-tá-rum lau-



dá-bi-lis núme-rus. Te má-rty-rum candi-dá-tus : laudat




excérci-tus. Te per orbem terrá-rum : sancta confi-té-tur



ecclé-si- a. Pa-trem imménse ma-jestá- tis. Ve-ne-rán-




dum tu- um ve-rum : et ú-ni-cum Fí-li- um. Sanctum quoque




Pa-rá-cly-tum Spí-ri- tum. Tu rex gló- ri- e Christe. Tu Pa-


In dominicis diebus ad matutinas.



tris sempi-térnus es Fí-li- us. Tu ad li-be-rándum susceptú-



rus hómi-nem : non horru- ís-ti vírgi-nis ú-te-rum. Tu de-víc-



to mortis a-cú-le- o : a-pe-ru- ís-ti cre-dénti-bus regna ce-



ló-rum. Tu ad déxte-ram De- i se-des : in gló-ri- a Pa-tris.



Ju-dex cré-de-ris es-se ventú-rus. Te ergo qué-sumus fámu-



lis tu- is subvé-ni : quos pre-ti- ó-so sán-gui-ne re-demís-ti.



E-térna fac cum sanctis tu- is : in gló-ri- a nume-rá- ri.



Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne et bé-ne-dic he-

In dominicis diebus ad matutinas.



re-di-tá-ti tu- e. Et re-ge e-os : et extólle il-los us-
que in e-tér-num. Per síngu-los di- es : be-ne-dí-cimus te.
Et laudámus nomen tu-um in sé-cu-lum : et in sé-cu-lum
sé-cu-li. Digná-re Dómi-ne di- e isto : si-ne peccá-to
nos custó-di-re. Mi-se-ré-re nostri Dómi-ne : mi-se-ré-re
nostri. Fi- at mi-se-ri-córdi- a tu- a Dómi-ne su- per nos :
quemádm-odum spe-rá-vimus in te. In te Dómi-ne spe-
rá- vi : non confúndar in e-tér- num.

[Ante laudes.]

℣. Excelsus super omnes gentes Dóminus.

℟. Et super celos glória ejus.



*In laudibus.*³²

℣. Deus in adiutorium meum intende. 2*.

AS:106; 1519-P:22v; 1531-P:6r.

1. Ant.
III.iv.



Egná-vit. *Ps.* Dóminus regnávít.

4599.

Psalmus xcij.

Dóminus regnávít decórem
indútus est : * indútus est
Dóminus fortitúdinem et
precínxit se.

[6v.] Etenim firmávit orbem terre : * qui
non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc : * a século
tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine : *
elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos : * a
vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábi-
lis in altis Dóminus.


Testimónia tua credibília facta sunt
nimis : * domum tuam decet sanc-
titúdo Dómine, in longitúdinem
diérum.

Glória [Patri].


Ant.



Egná-vit Dó-mi-nus pre-cínctus for-ti-tú-di-ne



AS:107; 1519-P:22v, 23r; 1531-P:6r.³³

4827. 2. Ant. IV.i.  Ci- ámus. Ps. Jubiláte.

Psalmus xcix.

Jubiláte Deo omnis terra : * ser-
víte Dómino in letítia.

Introíte in conspéctu ejus : * in ex-
ultatióne.


Scitóte quóniam Dóminus ipse est
Deus : * ipse fecit nos et non ipsi nos.

Pópulus ejus et oves páscue ejus,
introíte portas ejus in confessióne : *

átria ejus in hymnis confitémini illi.


Laudáte nomen ejus quóniam suá-
vis est Dóminus, in etérnum miseri-
córdia ejus : * et usque in generatióne
et generatióne veritas ejus.

Glória Patri [et Fílio : * et Spíritui
Sancto].³⁴

Ant.  Ci- ámus omnes qui- a Dómi-nus ipse est De-us :
cu- i ju-bi-lé-mus et ex- altémus et laudémus nomen
e-jus in e-térnum.

3. Ant.

V.ii.



1688.

E- ne-dí-cam te Dómi-ne. *Ps.* Deus Deus meus.

Psalmus lxiij.

Deus Deus meus : * ad te de luce
vígilo.

Sitívit in te ánima mea : * quam
multipliciter caro mea.

In terra desérta ínvia et inaquósa,
sic in sancto appáruí tibi : * ut vidé-
rem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia
tua super vitas : * lábia mea laudábunt
te.

Sic benedícam te in vita mea : * et
in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur
ánima mea : * et lábiis exultatiónis
laudábit os meum.

Sic memor fui tui super stratum
meum, in matutínis meditábor in te : *
quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum ex-
ultábo, adhésit ánima mea post te : *
me suscepit délixtera tua.

Ipsi vero in vanum quesierunt áni-
mam meam : * introíbunt in inferióra
terre, tradéntur in manus gládii partes
vúlpium erunt.

Rex vero letábitur in Deo, lauda-
búntur omnes qui jurant in eo : *
quia obstrúctum est os loquéntium
iníqua.

Psalmus lxvi.

Deus misereátur nostri et bene-
dícat nobis : * illúminet vultum
suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : *
in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : *
confiteántur tibi pópuli omnes.

Leténtur et exúlcent gentes, quóni-
am júdicas pópulos in equitáte : * et


gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, con-
fiteántur tibi pópuli omnes : * terra
dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus Deus noster,
benedícat nos Deus : * et métuant
eum omnes fines terre.

Glória Patri.

Ant.



E- ne-dí-cam te Dómi-ne in vi-ta me-a ut




ví-de-am virtú-tem tu-am et gló- ri- am tu-am.

AS:107; 1519-P:24r, 25r; 1531-P:6r.³⁶

4188.

4. Ant.
IV.i.



M- nis cre- a-tú-ra. *Ps.* Benedícite.

[*Canticum iij. puerorum.*] *Daniel. iij.*³⁷

Benedícite ómnia ópera Dómini
Dómino : * laudáte et superexal-
táte eum in sécula.

Benedícite angeli Dómini Dómino : *
benedícite celi Dómino.

Benedícite aque omnes que super
celos sunt Dómino : * benedícite om-
nes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino : *
benedícite stelle celi Dómino.

Benedícite ymber et ros Dómino : *
benedícite omnes spíritus Dei Dó-
mino.

Benedícite ignis et estus Dómino : *
benedícite frigus et estas Dómino.

Benedícite rores et pruína Dómino : *
benedícite gelu et frigus Dómino.

Benedícite glácies et nives Dómino : *
benedícite noctes et dies Dómino.

Benedícite lux et ténebre Dómino : *
benedícite fúlgura et nubes Dómino.

Benedícat terra Dómino : * laudet
et superexáltet eum in sécula.

Benedícite montes et colles Dómi-
no : * benedícite univérsa germinántia
in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * bene-
dícite mária et flúmina Dómino.

Benedícite cete et ómnia que mo-
véntur in aquis Dómino : * benedícite
omnes vólucres celi Dómino.

Benedícite omnes béstie et pécora
Dómino : * benedícite filii hóminum
Dómino.

Benedícat Israel Dómino : * laudet
et superexáltet eum in sécula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dó- [7r.]
mino : * benedícite servi Dómini

Dómino.

Benedícite spíritus et ánime justórum Dómino : * benedícite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía Azaría Mísael Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in sécula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus et superexaltémus eum in sécula.

Benedíctus es Dómine in firmamento celi : * et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in sécula.


Ant.



M- nis cre- a-tú-ra ce- li et terre be- ne- dí- cat



Dó- mi- num : hymnum di- cat et su- per- ex- áltet e- um in




sé- cu- la.

AS:107; 1519-P:25r, 26r; 1531-P:6r.³⁸

5. Ant.
VIII.i.



Pí- ri- tus om- nis. Ps. Laudáte.



5001.

Psalmus cxlviiij.

Laudáte Dóminum de celis : *
laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes ángeli ejus : *
laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : * laudáte
eum omnes stelle et lumen.

Laudáte eum celi celórum : * et

aque omnes que super celos sunt,
laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit et facta sunt : * ipse
mandávit et creáta sunt.

Státuit ea in séculum et in séculum
séculi : * precéptum pósuit et non
preteríbit.

Laudáte Dóminum de terra : *
dracónes et omnes abýssi.

Ignis grando nix glácies spíritus
pro-cellárum : * que fáciunt verbum
ejus.

Montes et omnes colles : * ligna
fructífera et omnes cedri.

Béstie et univérsa pécora : * ser-
péntes et vólucres pennáte.

Reges terre et omnes pópuli : *

príncipes et omnes júdices terre.

Júvenes et vírgines senes cum
junióribus laudent nomen Dómini : *
quia exaltátum est nomen ejus solius.

Conféssio ejus super celum et ter-
ram : * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : *
filiis Israel pópulo appropinquánti
sibi.

Psalmus cxlix.

Cantáte Dómino cánticum no-
vum : * laus ejus in ecclésia
sanctórum.

Letétur Israel in eo qui fecit eum : *
et filii Syon exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in
týmpano et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in
pópulo suo : * et exaltávit mansuétos
in salútem.

Exultábunt sancti in glória : *

letabúntur in cubílibus suis.

Exultatiónes Dei in gútture eórum : *
et gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in na-
tiónibus : * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in com-
pédibus : * et nóbiles eórum in máni-
cis férreis.

Ut fáciant in eis júdicium conscrip-
tum : * glória hec est ómnibus sanctis
ejus.

Psalmus cl.

Laudáte Dóminum in sanctis e-
jus : * laudáte eum in firma-
ménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : *
laudáte eum secúndum multitudinem
magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tube : *
laudáte eum in psaltério et cýthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : *
laudáte eum in cordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis bene-
sonántibus, laudáte eum in cýmbalis
jubilatiónis : * omnis spíritus laudet
Dóminum.

Glória Patri [et Fílio : * et Spíritui
Sancto].³⁹

Ant.



Pí-ri-tus omnis lau-det Dómi-num : qui- a ipse
 di-xit et facta sunt óm-ni- a, mandá-vit et cre- á-ta sunt
 u-ni-vér-sa.

He predictae antiphonae semper in laudibus dicantur dominicis diebus quando inchoatur aliqua nova hystoria cum pleno servitio : et quando ultimo fit servitium de dominica ante lxx. vel ante adventum. [Quando vero aliquod festum ix. lectiones in prima dominica in qua inchoanda est hystoria celebratur fuerit tunc in prima dominica sequente dicatur hec sola Antiphona Regnavit. nisi ultima dominica fuerit ante septuagesima vel ante adventum Domini in qua omnes antiphonae dicantur.]⁴⁰ Mediis vero dominicis dicitur hec sola antiphona Regnavit.

Capitulum : Apoca. vij.


<p>Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio honor et vir-</p>	<p>tus et fortitudo Deo nostro in secula seculorum. Amen. [R.] Deo Grátias.</p>
---	--

Hoc capitulum dicitur in omnibus dominicis ad laudes a Dómine ne in ira. usque ad lxx. et a Deus ómnium. usque ad adventum quandocunque agitur de dominica. [Similiter et versiculus Dóminus regnavit. eodem modo dicatur.]⁴¹

¶ *In omnibus dominicis a Dómine ne in ira. quando de dominica agitur usque ad xl. dicitur ad laudes hic sequens hymnus.*

1519-P:26v; HS:17v; 1531-P:7r; 1531:65r.⁴²

Hymn.
 I.




- térne re-rum Cón-di-tor, * Noctem di- ém-que qui re-


8254.



gis : Et tēmpo-rum das tēmpo-ra, Ut ál-le-ves fastí-di- um.



2. Pre-co di-é-i jam sonet, Noctis pro-fúnde pērvigil :




Noctúrna lux vi-ánti-bus, A nocte noctem ségre-gans.



3. Hoc exci-tá-tus lú-ci-fer, Solvit po-lum ca-lí-gi-ne :




Hoc omnis erró-rum cho-rus, Vi-am no-céndi dé-se-rit.




4. Hoc nauta vi-res cól-li-git, Pontique mi-téscunt fre-ta :



Hoc ipsa petra ecclé-si-e, Ca-nénte culpam dí-lu-it.



5. Surgá-mus ergo stré-nu-e, Gal-lus ja-céntes éxci-tat :




tre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sé-cu-la. A- men.

Post purificationem vero dicitur [versus].⁴⁴



9. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, E-júsque so-li Fí-li-o : Cum



Spí-ri-tu Pa-rácly-to, Et nunc et in perpé-tu-um. A- men.

℣. Dóminus regnávít.

℟. Decórem indúit, allelúya.

Istus versus cum predicto capitulo dicatur in laudibus omnibus dominicis usque ad lxx. et a Deus ómnium. usque ad adventum Domini : quando de dominica agitur.

A lxx. usque ad xl.

℣. Dómine refúgium factus es nobis.

℟. A generatióne et progénie.

¶ *Per estatem in dominicis et ferialibus diebus usque ad adventum dicitur ad laudes hic sequens hymnus quando de dominica vel de feria agitur.⁴⁵*

1519-P:27r; HS:70r; 1531-P:7v; 1531:173r.⁴⁶


8297.

Hymn.

VI.



C- ce jam noctis * te-nu- á-tur umbra, Lu-cis auró-ra



rú-ti-lans co-rúscat : Ni-si-bus to-tis ro-gi-témus omnes,

Cuncti-po-téntem. 2. Ut De-us noster mi-se-rá-tus, omnem,
Pel-lat languó-rum trí-bu-at sa-lú-tem : Donet et no-bis
pi- e-tá-te pa-tris, Regna po-ló-rum. 3. Prestet hoc no-bis
Dé- i-tas be- á-ta, Pa-tris ac Na-ti pa-ri-térque Sancti : Spí-
ri-tus cu-jus rébo-at in omni, Gló-ri- a mundo. A- men.

℣. Dóminus regnávít.

℟. Decórem indúit, allelúya.

[Dicitur antiphona de dominica aut festo.]

Canticum Zacharie. Luce. j.⁴⁷

Benedíctus Dóminus Deus
Israel : * quia visitávit et fecit
redemptiónem plebis sue.

Et eréxit cornu salutis nobis : * in
domo David púeri sui.

Sicut locúsus est per os sanctórum : *
qui a século sunt prophetárum ejus.

Salútem ex inimícis nostris : * et de
manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum
pátribus nostris : * et memorári tes-

taménti sui sancti.

Jusjurándum quod jurávit ad Abra-
ham patrem nostrum : * datúrum se
nobis.

Ut sine timóre de manu inimi-
córum nostrórum liberáti : * servi-
ámus illi.

In sanctitáte et justícia coram ipso : *
ómnibus diébus nostris.

Et tu puer prophéta Altíssimi
vocáberis : * preíbis enim ante fáciem

Dómini paráre vias ejus.

Ad dandam sciéntiam salútis plebi
ejus : * in remissionem peccatorum
eorum.

Per víscera misericórdie Dei nostri : *
in quibus visitávit nos óriens ex alto.

[*Repetitur antiphona de dominica aut festo.*]

[*℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo. ℣. Orémus.*

Dicitur oratio de dominica aut festo.

℣. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℞. Deo grátias.]

*Dicitur sine nota.]*⁴⁹

Psalmus cxxij.

AD te levávi óculos meos : * qui
hábitas in celis.

Ecce sicut óculi servórum : * in
mánibus dominórum suórum.

Sicut óculi ancílle in mánibus
dómine sue : * ita óculi nostri ad
Dóminum Deum nostrum, donec
misereátur nostri.

Illumináre his qui in ténebris et in
umbra mortis sedent : * ad dirigéndos
pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri [et Fílio : * et Spíritui
Sancto].⁴⁸

Miserére nostri Dómine miserére
nostri : * quia multum repléti sumus
despectióne.

Quia multum repléta est ánima
nostra oppróbrium abundántibus : *
et despéctio supérbis.

Glória Patri.

[*℣.*] Kýrie eléyson. [*℞.*] Christe eléyson. [*℣.*] Kýrie eléyson.

[*℣.*] Pater noster. 5. [*secreto usque ad*] Et ne nos [indúcas in tentaciónem].

[*℞.*] Sed líbera [nos a malo].

[*℣.*] Exúrge Dómine, ádjuva nos.

[*℞.*] Et líbera nos propter nomen tuum.

[*℣.*] Dómine Deus virtútum convérte nos.

[*℞.*] Et osténde fáciem tuam et salvi érimus.

[*℣.*] Dómine exáudi [oratióem meam].

[*℞.*] Et clamor [meus ad te véniat].

[*℣.*] Dóminus vobíscum.

[*℞.*] Et cum spíritu tuo.

[℣. Orémus.]

Ecclésie tue quésumus Dómine
preces placátus admítte : ut des-
trúctis adversitatibus et erróribus uni-
vérsis, secúra tibi sérviat libertáte : et

Oratio.

pacem tuam nostris concéde tempó-
ribus. Per Christum Dóminum nos-
trum. [℟. Amen.]

Notes, pages [1]-[61].

¹ 1519-P:1v. This dedication also appears in 1520-P:1v.


² SB-P:1.

³ *Privatum. Stando.* See AS:1; US:II-208.

⁴ According to AS:1. and US:II-208. *Credo* is not said before any of the offices.

⁵ The chants for the invitatory psalm appear in Tome D-1, pages 3*-44*.

⁶ 1519-P:3r. and 1520:33r. end thus:



De- us noster.

52359 indicates Tone II. for *Veníte.*

⁷ In 1520:43r “Adapériat” begins CD.D.

⁸ B \flat appears throughout in *Hymnale* 1516:15v, 1541:15v and in 1555:15v. No flat appears in 1525:15v.

⁹ 1519-P:3r. The rubric in 1531-P:1v does not distinguish between dominical and ferial melodies since the *Breviary* has no music: “*A Deus ómnium usque ad adventum domini tam in dominicis quam ferialibus diebus : quando de dominica vel feria agitur dicitur ad matutinas sequens Hymnus.*”

¹⁰ PHM:16. shows the third neume as ED. Compare *Ecce jam noctis.* [58].

¹¹ In 1531-P. the rubrics and antiphons follow their respective psalms. In this edition the rubrics and incipits follow the format of 1519-P–1520-P, where the rubrics and incipits appear before the psalms.

¹² The first eight antiphons of matins in both Advent and after Trinity display an ascending sequence of modes I-VIII.

¹³ 1519-P:3v.

¹⁴ 1519-P:4r. is given in the F-clef.

¹⁵ In 1519-P:5r. “Dómini meditátur nocte diéque” appears a third lower.

¹⁶ 1519-P:10r.

¹⁷ In 1519-P:10r. the incipit “Pulchrióres” ends with a single neume C.

¹⁸ “iij. nocturno”. 1531-P:4v.

¹⁹ AS:pl. D and 1519-P:12v. and 13v. begin on A. In 1519-P:13v. “sperávi” begins on G.

²⁰ 1519-P:13r.

²¹ In AS:pl.E no neume appears for the third syllable of “concípiet”. 1519-P:13v. and 14v. have no flats.

²² 1519-P:14v. has no flats.

²³ 1519-P:14v.

²⁴ 1519-P:14v. and 17r. set “oriétur” thus: F.EFD.DC.F; and show no flats.

²⁵ 1519-P:17v. has no flats.

²⁶ AS:pl.G. indicates a key signature of B \flat throughout. This appears to be an error.

Notes.

- ²⁷ 1531-P:5v. has “perpétuo”. In 1519-P:19v. “tém pore” is set C.BAG.A. AS:301. has simply G as the first neume.
- ²⁸ 1531:4v. has “óm nibus homínibus”. In 1519-P:20r “semper” is set GG.E; “Dóminus” is E.D.C; a B₁ signature is used.
- ²⁹ 1519-P:20r.
- ³⁰ 1519-P:20v.
- ³¹ 1519-P:21v. has “tuis fámulis” and omits “in” of “in glória numerári.” The *Te Deum* is usually identified as mode III. However, the Sarum version includes the neuma of mode IV. In point of fact the melody shifts between the characteristic registers of modes III. and IV.
- ³² See the rubric on page [55]. regarding the use of antiphons at Lauds.
- ³³ 1519-P:23r. has no B₁.
- ³⁴ 1519-P:23r.
- ³⁵ 1519-P:24r. has no B₁; “-deam virtútem tuam et glóriam tuam.” is set a third lower.
- ³⁶ 1519-P:25r. sets “hymnum” EFE.DE.
- ³⁷ In 1519-P:24r. the first two verses of *Benedicite* are set out in Tonus Peregrinus. This setting appears in Tome D-2.
- ³⁸ 1519-P:26r has AC, not AB at the end of “laudet.”
- ³⁹ 1519-P:26r.
- ⁴⁰ 1519-P:26v.
- ⁴¹ 1519-P:26v.
- ⁴² HS:17v has “prévigil”, not “pérvigil.
- ⁴³ 1519-P:27r.
- ⁴⁴ 1519-P:27r.
- ⁴⁵ **¶** *Hic cantus dicatur ab octava sancte Trinitate usque ad adventum Domini quando de dominica agitur.* 1519-P:27r.
- ⁴⁶ HS:70r. has only E for the third neume.
- ⁴⁷ 1531-P:7v. In 1519-P:27v the first two verses of *Benedíctus* are given in Tonus Peregrinus. This setting appears in Tome D-2.
- ⁴⁸ 1519-P:28r.
- ⁴⁹ SB-P:55-56. The following psalm, sentences and collect are said on “kneeling days”.